Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

repleta. ut omnes in tuo amore sitibundos ad tabernam sue scripture
bibere legendo festinantes. adhuc chemeto inebriet gratia.
Quod quidem licet me non legisse sed audisse tantum pro certo asseram. non lec
tor ideo ambigere te oportet. cum spiritualis ubertas dulcedinis scriptorum
et dictorum de se luce clarius indicet. quod ea non ab hominibus non in magistris
qui de puteo terrene philosophie studendo traxerit. sed de quodam ce
lesti fonte singulariter hausit. Ceterum fratres sustinete me. et
maiora de narrationibus que legi si aurem non tam benivolam quam credulam
adhibere decreveritis. secundum quod superius promisi indicabo. ipsorum sen
sum fideliter in describendo retinens atque verba. De monacho cui apparuit ihesus christus.

Anno domini M. cc. iiii. Illustris
rex Boemie. cenobium quoddam nigri ordinis quod Postelepor(?)
vocatur. de consensu fratrum eorundem(?). domino Arnulfo abbati Cysterciensi tra 1201/12
didit. postulans obnixe ut conventum illuc destinaret. Missus
itaque conventus cum universa supellectili sua. usque Brunbach per
venit. que est abbatia ordinis Cysterciensis in dyocesi Herbipolensi. ubi quidem
abbas ille novi relictis utensilibus suis et quibusdam fratribus aliisque
per domos ordinis distributis. ipse cum duobus fratribus processit ad locum.
statum ipsius et negotium processum considerare. ne in vacuum curreret aut
cucurrisset. Interea unus de fratribus quos apud Brunbach locaverat Stephanus
nomine. febre correptus graviter egrotabat. Cui duo servitores
de suis comitibus. petrus scilicet dyaconus. et dicelinus conversus deputati
sunt. Ingravescente autem febre. quinta die accessionis que et fratres(?) v.

3.6.1204
Velehrad 1205